

transcunas viam damna multa, & opprobria intulerunt Ecclesia, qua ad tempus poterant tolerari: quia & si perdebat fructus, ita tamen integra in suo statu manebat: at ille, qui dicitur aper de terra, intolerabiliter exterminabit eam, ita ut non videatur esse vinea, sed solitudo deserti. De hoc iterum infra.

18. Secunda, & crudelissima abominatio desolationis ab Antichristo erit in corde fidelium muneribus datis, quibus homines ad se deuincet, ac adducet, ipse enim erit ditissimus. Daniel. 11. num. 43. Dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Egypti. Vide D. Anselm. in Elucidatio ait. Quod de industria demonum omnis pecunia occulta erit ei manifesta. Ac proinde amplissimis largitionibus facile magnam hominum multitudinem ad se alliciet; at his maxime se opponent Magnus Parens Elias, ac Henoc earum nequitiam, ac turpitudinem indicantes, ac demonstrantes, eis tamen magna hominum multitudo non acquiescet, nec eos, cum sint viri sanctissimi, ac verissimi, audiet, sed potius adhærebit Antichristo nequissimo, ac mendacissimo. Antichristus cum sit opulentissimus multa dona conferet. At verò Elias, & Henoc & pauperes, & humiles, & ex donis fidelium occulte oblati alimentabuntur; ex hominum autem conditione plus fidei datur manu largienti etiam mendaci, quam veraci voci expostulanti.

19. Disponit Isaac dare benedictionem primogenito suo Esau, qui erat vir pilosus, quod cum audisset Rebecca amore propensa in Iacob ipsum introduxit ad Patrem, vt ab illo impetraret benedictionem, & vestibus Esau valde bonis induit eum, pelliculasque hædorum circumdedit manibus, pulmentum, ac panes dedit, vt patri suo apponeret ad comedendum, quibus illatis accessit Iacob ad Patrem, surge, comede de venatione mea; Vt benedicat tibi anima tua. Nam ego sum primogenitus tuus Esau, quo audito expauit bonus senex, ex voce enim bene agnouerat esse Iacob. Tunc ait illi. Accede huc, vt tangam te filii mi, vt probem virum tu sis filius meus Esau, an non; Accessit ille ad patrem, & palpato eo dixit Isaac: vox quidem, vox Iacob est, sed manus sunt Esau. Gen. 27. n. 21. quo palpato Pater ei confert benedictionem: Benedicens illi, ait: ecce odor filii mi, &c. Cur Isaac in hoc negotio sic procedit? Cur benedictionem impendit? Nam si manus ostendebant Esau, vox indicabat Iacob, cur potius manibus credidit quam voci, nam in manibus poterat esse fallacia, in voce verò nulla, cur ergo potius manibus, quam voci credidit? Manus etsi mendose pilosæ apparent, cibos tamen porrigebant, at verò vox etsi vera postulabat tamen: Pater da mihi benedictionem: & plus credidit Isaac mendaci manui exhibenti, quam veraci voci exposcenti.

20. Tertia abominatio Antichristi erit iniqua munerum distributio, cum iniqui, & pessimi ad dignitates subleuentur. Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto. Hanc abominationem D. Chrysofomus. homil. 2. contra Iudæos. D. Hieronym. in Marcum sic interpretantur: Omne simulacrum, & hominis effigies apud Iudæos appellatur abominatio. Hoc autem simulacrum explicat Abulens. q. 98. Sacerdotes indigni, ait, qui sunt parietes dealbati; frequenter in scriptura Sacerdotes, & prælati appellantur simulachra, & idola iuxta illud Zachar. 11. n. 17. Opa-

18. Dan. 11. Anselm. Antichristus valde diues. 19. Gen. 27. Pius credidit manui exhibenti, quam veraci voci exposcenti. 20. Chrysof. Hieron. Abulens. Zachar. 11.

stor, & idolum. Vnde D. Marcus pro stantem in loco sancto: posuit: stantem ubi non debet. Nam indignus in dignitate stat ubi non debet, quod est tantum nefas, & tanta reipublicæ deuastatio, ac desolatio, vt sit quædam abominatio desolationis ab Antichristo perpetranda.

Ait Isaias 13. n. 10. Obtenebratus est sol in ortu suo. Valdè tamen dissimili modo loquitur Ioël. 2. n. 31. Sol conuertetur in tenebras; In vtroque loco stat magna pars interpretum, quòd sermo sit de prælati. Cur tamen apud Isaiam dicitur obtenebratus in ortu suo; apud Ioël verò narratur, quòd conuertetur in tenebras tempore sui cursus? Isaias loquitur de Antichristo, Ioël verò de comuni, ac tempore ordinario, quando Sol in ortu clarè lucet, & homines probi eliguntur, postea verò misera conditione humana obtenebrantur, & à rectitudine deniant; at verò Isaias agit de tempore Antichristi, quando in ortu, & creatione sua assumet solem obtenebratum, homines nempe vitiorum tenebris derentos, homines autem sic deprauatos in loco sublimi constituete, tanta est abominatio desolationis, vt ab Antichristo pro te horrenda, & execrabilis vt perpetranda denuntietur. S. Aelredus serm. 10. Multi, ait, initio Sacerdotij sui lucent, quorum scilicet, & vita integra est, & electio sana, qui tamen postea morum mutatione obtenebrescunt: at instanti tempore Antichristi, ita mortalium mentibus dominabitur auaritia, & ambitio, vt etiam ipsa promotionis initia quasi ortus Solis tenebris plena sint; quia nimirum & vita pessima procedet, & peruersa intentio, & turpis ingressio succedet. Et hæc erit grauissima persecutio Antichristi, quòd homines indigni, peruersi constituentur capita regnorum, prouinciarum, ac ciuitatum. Vide supra c. 44. n. 96.

Quarta abominatio desolationis fiet ab Antichristo blanditiis, ac illecebris, quibus homines maxime demulcet, ac ad se magis alliciet, ac deuincet, quam omni alio suo vitio, & potestate, cum his se ad vniuersiuisque mores componet, ac insinuet; de quo infra agam q. 11.

Visum est aliud signum in celo: & ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata septem; & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cali. Apocal. 12. num. 3. Draco processit, vt bellum inferat mulieri, ac vt stellas de celo in terram proiciat; Cur ergo in tanta pugna non habet pro bellico instrumento septem capita, quæ sunt septem capitula vitia? Cur non decem cornua, quibus decerret aduersus decem decalogi præcepta? cur non decem diademata, quibus eius amplissima potestas denotatur? Sed tantum cauda trahebat tertiam partem stellarum? Per caudam significantur blanditiæ, ac illecebræ, nam per illam animalia se tota hominibus ingerunt, ac insinuant, vt patet in cane apud Tobiam 12. blanditiis autem, ac insinuationibus plus Antichristus ad se deuincet, ac inclinabit, quam omni alia sua potestate, vitio ac turpitudine. Fauet D. Gregor. lib. 32. Moral. cap. 14. Draconis, inquit, cauda in terram stellas deticit, quia illa Satanae extremitas, per audaciam (Antichristi) erecta quosdam quos velut electos Dei in Ecclesia inuenit, & obtinendo reprobos, ostendit. Vide infra q. citatam.

Indigni in dignitate abominatio desolationis. Marc. 21. Isai. 13. Ioël. 2. Indignum indignitate constituere abominatio desolationis. S. Aelredus. 22. 23. Plus Antichristus deinceps blanditiis, quam potestate. Tob. 12. Gregor.

QUESTIO

QUESTIO IV.

Quare Christus Dominus hic adducit testimonium ex Daniele Propheta?

24. RESPONDET Abulens. Primò. q. 10. quia in ipsa prophetia Danielis 9. non solum continetur excidium Ierosolymæ, sed etiam multa alia, quæ ad ipsum Christum Dominum, ac populum Iudaicum pertinebant; ibi enim agit Propheta quomodo Christus Dominus esset negandus, ac occidendus à populo suo. Ibi n. 26. & quomodo status reipublicæ Iudaicæ tam quoad Sacrificia, & legem, quam quoad templum, & cultum eius erat omnino perimendus, ac extinguendus vsque in finem sæculi. Vsq; ad consummationem, & finem perseverabit desolatio. Ibidem. n. 27. Vt Iudæi omni spe deposita semetipsos dissuaderent à restauratione suæ ciuitatis, templi, & cultus eius.

25. Secundo. D. Chrysofomus. Quia supra, ait, occulte insinuauit Dominus Ierosolymæ finem, conuenienter idem ostendit manifestè, prophetiam inducens, qua destructionem Iudæorum credere facit. Suprà c. 23. in fine occultè insinuauit Dominus Ierosolymæ excidium. Relinquetur domus vestra deserta. Nunc verò aperte illud explicat, res enim magni ponderis manifestè, & clarè sunt aperiendæ, ac manifestandæ. Deinde, quia Iudæi maxime credebant testimonia Prophetarum, ideo illud his inducit Christus Dominus, qui misericordiam visceribus volebat eos monere, vt à tam miserabili calamitate semetipsos cauerent, ab illaque fugerent. Terriò, quia quæ Dominus denuntiabat, erant Iudæis valdè tristia, & funesta, ideo eis erant creditu difficilia, ac proinde multo testimonio fuerunt corroboranda; sicut enim homo facilè annuit his, quæ sibi applaudent, sic multum renuit ea, quæ ei aduersantur.

26. Duobus regibus somnia explicat Daniel; Nabuchodonosor scilicet, & Balthazari filio eius. Ad Nabuchodonosor ingreditur Daniel absque alicuius testimonio approbante, ac suffragante; at ad Balthazar introducitur, magna, & præclara Regi-næ testificatione de eius scientia, prudentia, ac sapientia, & intelligentia diuinorum. Sic de eo ait Regina. Est vir in regno tuo, qui spiritum Deorum sanctorum habet; & in diebus patris tui scientia, & sapientia inuenta sunt in eo. Nam & Rex Nabuchodonosor pater tuus principem Magorum, incantatorum constituit eum, &c. c. 5. n. 11. Cur cum tantis encomiis ducitur Daniel ad Balthazar, cum aliis satis notus esset, vt rectè probant Pererius, & Cornel. nam tempore patris sui multum præclarus extitit Propheta. Cur ergo sine vlla approbatione ad patrem, cum tanta verò ad filium introducitur Daniel; omnia diuino nutu disponebantur. Accessit Propheta ad Nabuchodonosor fausta, ac præiucunda annunciaturus, ait enim ei. Tu Rex regum es: & Deus cali regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi: & omnia in quibus habitant filij hominum, & bestie agri: volucres quoque cali dedit in manu tua, & subditiōe tua vniuersa constituit. Tu es ergo caput aureum. c. 2. n. 37. At Balthazari valdè funesta, & exitalia exponit. Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Diuisum est regnum tuum & datum est Medis, & Persylueira. in Euang. Tom. IV.

24. Abulens. Homines dissuadere à vana spe multum ponderis est. 25. Chrysof. 26. Dan. 5. Pereira. Cornel.

si. cap. 5. n. 27. Cum Propheta Nabuchodonosori plausibilia, ac fausta proponeret, absque alicuius testimonio, vt credita facilè in corde eius insinuarentur; At Balthazari cum horrenda, & tremenda diceret, quibus multum animus eius aduersabatur, magno, & vrgenti testimonio fuit compellendus, vt Prophetæ dictis assentiretur, illisque fidem daret.

QUESTIO V.

Quare cum Persecutio Antichristi totum premet orbem, Christus tamen peculiariter ait, quod qui sunt in Iudæa, fugiant ad montes?

27. S I de excidio Hierosolymitano cū communi sententia hæc intelligantur; Iudæa his, vt ait Abulens. q. 107. sumitur strictè, vel latè. Strictè pro sola Hierosolyma, latè verò pro toto Iudæorum regno. Nam deuastatio à Romanis facta totum illud apprehendit; ait ergo Christus, quòd qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, seu ad terram montosam, quæ erat extra Iudæam, vt dixi in expositione, & docet D. Chrysofomus, Beda Abulens. q. 109. obseruat enim ipse ibi, quod terra Iudæa cæteris planior erat; & ita fecerunt Christiani fugientes ad vrbem Pellam, quæ erat sub dominio Regis Agrippæ.

Quia tamen hæc etiam intelliguntur de tempore Antichristi iuxta multos Patres datos q. 1. ideo difficultas est cur Christus Dominus peculiariter mandat, quòd qui in Iudæa sunt, sibi caueant, & fugiant ad montes. Nam error Pseudoprophetarum vbique disseminabitur, sancti vbique cruciabuntur; cur ergo de his, qui sunt in Iudæa tantam curam habet Dominus?

28. Primò. Respondet D. Hilarius. Quia, ait, proprius iste Iudæa erit error, vt qui veritatem respuerunt, suscipiant falsitatem, Iudæam deseri monet, & transfugere in montes, ne admistione plebis illius Antichristo creditura visa, vt contagio offeratur; sed omnibus qui tunc fideles erunt tutiora futura sint deserta loca montium, quam frequentata Iudæa. Adueniente Antichristo populus Iudaicus tanquam verum Messiam ipsum recipiet, & venerabitur; ab hoc ergo populo tanta iniquitate, ac impietate effervescente iubet Christus fideles suos separati, & fugere. Nemo quantumcumque fidelis securus de se sit, nemo tutus, nemo se immunem reputet à contagio tanti criminis, ac sceleris, & ideo ne ex consortio errore illaqueentur, iubet à Iudæa fugere, & declinare. Ne admistione plebis illius Antichristo creditura visa, vt contagio offeratur. Vide cap. 1. n. 88. & 89. & c. 1. n. 35. & 36. & c. 9. n. 27. & 28.

29. Secundo. D. Chrysofomus in Imperfecto homil. 49. In illo tempore Antichristi, ait, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: id est, qui sunt in Christianitate, conferant se ad scripturas. Montes autem sunt Scriptura Apostolorum, aut prophetarum, de quibus dictum est. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Psalm. 75. n. 5. fundamentum eius in montibus sanctis. Psalm. 8. numer. 1. Quia tempore illo nulla probatio potest esse vere christianitatis, neque refugium potest esse christianorum aliud, volentium cognoscere

30. Chrysof. Psalm. 75. Psalm. 8. Christianus scriptura defenditur ab homine. C C c c 2 fidei

Abulens.

Chrysof. Beda. Abulens.

Difficultas quaestiois.

Hilari.

Qui pessime sociatur, periclitatur.

Psalm. 75. Psalm. 8. Christianus scriptura defenditur ab homine.

fidei veritatem, nisi scriptura divina. Per Iudæam ergo intelligit Ecclesiam; tunc fideles, qui in ea fuerint, respiciant se ad scripturas, ut illis corroborati errores, ac falsitates intelligant, ut ab illis fugiant, & caueant.

31. Caesarius.

Confessione fidei superatur omnis aduersitas.

32. I. Ioan. 5.

Fide omnia mundalia vincuntur.

Bernard.

33. Iosue 6.

Naxera.

Hebr. 11.

Iosue 2. Fides asy- lum contra omnes aduersitates.

D. Thom.

Tertio. Cæsaræus Nazianzeni frater: Dialogo 3. Qui in Iudæa sunt, ait, ad montes confugiant, qui in pietate sunt ad sublime refugium, nempe Christum respiciant, sub eius confessione custoditi. In tanta persecutione qua totus premitur orbis, solum Dominus curat de his, qui sunt in Iudæa, ut fugiant ad montes, ut ibi illæsi ab omni periculo maneat; Iudæa idem est, ac confessio, qui ergo sunt in confessione fidei, in confessione filij Dei, in ipsa confessione habent montem, ad quem ascendant, ut ibi ab omni periculo moneantur, & custodiantur.

Ait Ioan. Epistol. 1. cap. 5. num. 4. Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria, qua vincit mundum fides vestra. Valdè manifestum est quot bella mundus parat aduersus electos Dei, multas nempe persecuciones, tentationes, vexationes, ac tribulationes, tamen qui natus est ex Deo hæc omnia vincit, & superat, sed quibus armis de mundo sic triumphat? fide nempe. Hæc est victoria, qua vincit mundum fides vestra. Qui enim fide munitur, de omni mundano aduersario gloriosum triumphum agit, & victoriam de omni hostili impetu certam habet, fides enim homines facit superiores mundo, & cælestibus ingerit. Eleganter D. Bernardus serm. in octaua Passionis. Bene ergo, ait, quod natum est Deo, vincit mundum, ut sit testimonium celestis generationis. Et sicut is, qui filius est per naturam, mundum cum suo principe triumphauit; sic & nos victores inueniamur, quotquot sumus filij adoptionis, Victores sanè sed in ipso, qui confortat nos, in quo & possumus omnia, quia hæc est victoria, qua vincit mundum, fides nostra.

De Iericho edictum proposuit Iosue cap. 6. num. 17. Sit ciuitas hæc anathema, & omnia que in ea sunt Domino. Et ita ingredienti milites: Interfecerunt omnia, que erant in ea, à viro vsque ad mulierem, ab infante vsque ad senem. Boves quoque, & oves, & asinos in ore gladij percusserunt. Numer. 21. Et tam durum rigorem Iosue in ciuitate exercuit ex Dei oraculo, ut sapienter notat R. P. Magister Emanuel Naxera ad citat. num. 17. Tamen Rahab meretrix cum tota sua familia à tanto excidio, ac deuastatione immunis, & libera euasit, sed qua arte, qua industria, quibus armis? fide nempe, de ea ait Apostolus Hebr. 11. num. 31. Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis. Sic enim ipsa confitens mirabilia, quæ Deus fecit in Ægypto, & per viam deserti ait: Dominus enim Deus, in celo sursum, & in terra deorsum. Iosue 2. num. 11. Pereunte toto populo suo totaque ciuitate ab homine vsque ad minimum animal, ipsa tamen salua custoditur cum tota sua domo? Merito sanè confugit ipsa ad fidem tanquam ad arcem, ac asyllum, ad quod qui se recipit securus, & liber est ab omni malo emergente, ac excidio deuastante, D. Thom. Rahab meretrix per fidem liberata est, & non periit cum incredulis, qui corporaliter perierunt.

Matth. 24. Et qui in tecto est, non descendat tollere aliquid

de domo sua. Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam.

VERSIONES. Syriac. n. 17. Et is qui fuerit in tecto, non descendat, ut sumat quæcumque sunt in ædibus suis.

Græcus. Super tectum, non descendat tollere ea, quæ sunt ex domo sua.

Vatablus, Non reuertatur retro, ut Syriacus n. 18. accipiat vestimentum suum.

Cyprian de Auferre vestimentum suum. exhort. Mart.

Theophylact. Ut tollat vestes suas.

Pagninus.

Græcus. Tollere pallium suum.

ALTER TEXTVS.

Marc. 13. n. 15. Et qui super tectum, ne descendat in domum, nec introeat, ut tollat quid de domo sua.

Num. 16. Et qui in agro erit non reuertatur retro tollere vestimentum suum.

EXPOSITIO II.

T qui in tecto. Seu ut habet D. Marcus: super tectum. Tecta domorum in Palæstina erant superne plana, itavt in eis Iudæi cenare, conuersari, ac deambulare solerent. Non descendat tollere aliquid de domo sua: dixerat Dominus: Qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: Hoc est, ad loca tutissima. Quo eos Romani non sequantur, nunc in præsentia. Non descendat tollere aliquid, &c. Hanc fugam valde celerem, & inopinatam describit, quam suadet, & ad quam exhortatur. Itavt qui sunt in tecto, non interponant aliquam moram, ut ex tecto descendant in domos suas, ut cibum, pecuniam, vel aliud quidpiam è domo asportent, sed ex ipso tecto vnico saltu desiliat, vel tunc celerim se dimittat, ut cladem effugiat, & periculo non se exponat, pro enim conferuanda, ac tuenda vita omnia sunt dimittenda. Hæc tamen locutio est hyperbolica, ut notant Iansenius, Maldonatus, Barradas, Franciscus Lucas, vt Dominus exaggetaret celeritatem fugæ ob imminentem summam calamitatem. Vnde ait Abulens. quæst. 113. Ista, scilicet verba, accipienda sunt magis ad modum loquendi, quam ad corticem verborum.

Et qui in agro est. Est simile hyperbole, ac prouerbitum priori antecedentis vers. In vtroque loco Christus Dominus suadet ocyssimè fugere omnibus relictis. Vt inuenit abilem, & summam calamitatem ostendat, vt ait D. Chrysof. Non reuertatur tollere tunicam suam. Solent frequenter agricolæ cum ad excolendum agrum tendunt, domi,

de domo sua.

Num. 18. Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam.

VERSIONES.

Syriac. n. 17. Et is qui fuerit in tecto, non descendat, ut sumat quæcumque sunt in ædibus suis.

Græcus. Super tectum, non descendat tollere ea, quæ sunt ex domo sua.

Vatablus, Non reuertatur retro, ut Syriacus n. 18. accipiat vestimentum suum.

Cyprian de Auferre vestimentum suum. exhort. Mart.

Theophylact. Ut tollat vestes suas.

Pagninus.

Græcus. Tollere pallium suum.

34. Marc.

Iansen. Maldon. Barrad. Franc. Luc. Abulens.

35. Chrysof.

Chrysof.

domi, vel alibi pallium, seu vestimentum exterius deponere, ut expeditiores sint ad laborandum. Monet Dominus, ut pro illo ad domum non reuertatur, sed ex ipso agro in fugam se recipiant. D. Marcus ait: Ne reuertatur retro. Est phrasis Scripturæ multam vehementiam, ac celeritatem in fuga denotans. Loth dicitur Genes. 19. num. 17. Salua animam tuam, noli respicere post tergum, Ierem. 46. num. 5. Fugerunt conciti, nec respexerunt.

Genes. 19. Ierem. 46.

QVÆSTIO VI.

Quare Christus dixit de illis, qui erant in tecto, vel agro, quod non reuertantur tollere vestimentum, vel aliquid de domo sua?

36. Hilari.

Humana mens ad sublimem feratur, & non descendat.

Act. 10.

Cyrril.

37. Chrysof.

Euthym. Hugo.

Terrena, semel relicta non sunt amplius repetenda.

38.

ENSVM literalem dixi in expositione iuxta anagogem. Respondet primò D. Hilarius can. 25. in Matth. Qui igitur, ait, in consummatione domus sue, id est, in corporis sui perfectione, constitit, regeneratione noui spiritus celsus, & diuini numeris absolutio perfectus non descendere in humilia rerum secularium cupiditate debet, neque in interioribus corporis illecebris pronocatus, de tecti sui sublimitate descendere. Mysticè domini documento admonemur, quod ille, qui est in sublimitate, ac in alto cacumine virtutum in hac vita, ac in perfectione spiritus, caueat ne descendat ad rerum humilia, ac ad secularium cupiditates. Accepto igne diuini spiritus Petrus ascendit superiora domus, vt oraret, Act. 10. num. 9. Non ad ima descendit, sed semper ad superiora magnus spiritus Petri ferebatur. D. Cyrillus Alexandrinus lib. 9. in Leuit. Petrus, ait, que sursum sunt, querebat, non que supra terram. Illuc ascendebat, ad illa tecta, ad illa fastigia, de quibus dicit Dominus, qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo sua.

Secundò. D. Chrysofomus in Imperfecto homil. 49. Si relinquere videmur inferiora corporis nostri, & ascendamus ad cor & capite viuentes secundum illas virtutes, que sunt in capite, aut in corde, aut in spiritu: qua omnia tecta domus nostra dicuntur. Mandat ergo fidelibus viuentibus in sanctitate, ne aliquid concupiscant carnale, quod est descendere, ne forte per occasionem desiderij illius, diabolus inueniat locum, & trahat ad abominationem, desolationis, & pereant. Item qui est in agro, id est in Christo, non reuertatur retro tollere tunicam suam, id est aut conuersationem, aut cultum priorem. Quod etiam habent Euthymius, Hugo, & alij. Monet Christus Dominus, quod ille, qui est in tecto, vel in agro, non reuertatur tollere aliquid de domo sua, & cur non reuertetur cum illa sint necessaria ad vitæ sustentationem, sine quibus viuere non potest? Verget Christus Dominus: Non reuertatur, qui enim est in tecto, in alto nempe virtutis cacumine, seu in agro, hoc est in Christo plantatus, viam perfectionis sequens, caueat ne reuertatur retro ad domum suam, ac terrena prætextu alicuius humanæ vitæ commoditatis; ne abominatio desolationis eum apprehendat: grauissimum periculum imminet iis, qui vitam spirituales profitentur, si inde descendant tollere aliquid de bonis carnalibus, ac terrenis, facile eos comprehendet extrema abominatio desolationis, qua omnino miserabiliter pereant.

Cum Abrahamus degeret in terra Chanaam, Sylueira in Euang. Tom. IV.

terraq; Promissionis. Facta est fames magna in terra: descenditq; Abraham in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi, Genes. 12. num. 10. Magna erat inopia frumenti in terra Chanaam. At Chaldæa multa illius copia abundabat, sicut & Ægyptus. Cur Patriarcha non potius eligit Chaldæam in qua haberet multam rerum opportunitatem; Ægypto verò cum esset terra extranea multa poterat timere infortunia, hæc omnia contemnit iustus, & in Ægyptum proficiscitur, Deus mandauit Abraham discedere ex Chaldæa. Egredere de terra tua, & de domo patris tui, ibidem num. 1. Noluit ergo vir magnus repetere terram, quam iubente Deo semel reliquerat, prudentissimè sibi meliora iudicans omnia pericula extraneæ terræ Ægypti, quam omnia opportuna bona natiui soli, quod iubente Deo semel dimiserat. Rupertus ad eundem locum. Iam quidem in aperto litera est victoriosa viri obedientis perseverantia, quia facta fames, in terra peregrinationis sue, maluit adhuc in terra Chanaam, que est Ægyptus peregrinando aliena solatia querere, quam ad terram, vel ad cognationem suam, de qua Deo iubente fuerat egressus, aliquatenus respicere.

Genes. 19. Elige potius omne periculum, quam abiectam repetere.

Rupertus.

39. Cant. 5.

Pullanti sponso, vt aperiret ostium, ait sponsa; Expoliam me tunica mea; quomodo induar illa? Cantic. 5. num. 3. In quibus verbis illud maxime est expendendum; quod ait, expoliam me. Non dixit, exui, sed expoliam. Communiter homines cum se recipiunt in domos suas, dicuntur exuere vestes. At anima sancta non hoc loquendi modo vtitur, sed ait: Expoliam me. Vestis cum exuitur paulo post iterum assumitur: at quæ expoliantur ab aliquo tanquam hoste, ita tolluntur vt nunquam amplius reassumenda, ac induenda sint; Anima sancta sic tota erat conuersa in Deum, sicque omnia terrena indumenta à se abiecerat, eaque mundo tanquam hosti reliquerat, vt nunquam amplius ab ea essent iterum assumenda, nec tangenda, & ait: Quomodo induar illa? Sic terrena à se abiecerat, ab illisque habebat animum separatam, vt penitus ignoraret modum, quo illa, quæ semel abiecerat pro Deo, iterum essent ab ea repetenda, ac reuocanda. D. Ambrosius lib. 3. de Virginitate, circa medium: expendens particulam illam: Quomodo, sic ait: Vide, anima Deo deuota quid dicat: sic se alius corporis, & terrenos exuit mores, vt nesciat, quomodo si velit rursus possit induere. Quomodo induam illam? Hoc est, qua verecundia? Quo pudore? Qua postremo memoria? Consuetudo enim boni vsus præuicarij veteris amisti.

Ignorat anima sancta modo, quo terrena reliqua repetat.

Ambros.

Matth. 24. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus illis diebus! Num. 20. Orate autem, vt non fiat fuga vestra hyeme, vel Sabbatho.

VERSIONES.

Syriac. n. 19. Væ autem prægnantibus, & iis, quæ nutrites futuræ sunt in illis diebus!

Pagninus. Væ autem in vtero habentibus!

D. Chrysof. Prægnantibus, & lactantibus. homil. 76.

CCCC 3 D. An